

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gregorii M. in Ezechielem homiliae - Cod. Aug. perg. 71

Gregor <I., Papst>

[S.l.], [9. Jahrh.]

Homelia IV

[urn:nbn:de:bsz:31-63650](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-63650)

ciens. semetipsum desperat. neque
nunc exercetur in bono semine ope-
ris. neque proficitur de munere
iustae retributionis. Sunt uero non
nulli qui bona quidem quae noue-
runt operantur. atque haec operan-
tes meliora deliberant. sed retractan-
tes meliora quae deliberant inmi-
tant. Et quidem bona agunt quae
coeperant. sed a melioribus quae de-
liberant succumbunt. hi in iis
ante humana iudicia stare uiden-
tur in opere. sed ante omnipotentis
dei oculos ceciderunt in delibetatio-
ne. Unde fit plerumque ut et bonum
opus eorum minus deo placeat. quia
cum per mentis deliberationem in meli-
ori gradu inconstanter ponitur.
hoc ipsum cogitationis inconstan-
tia excusat. Sed quia perfecti quip-
pe magna sed discretionis subtilitate
conspiciunt. ne ad deteriora um-
quam uel in opere. uel in cogitatio-
ne delabantur. et quantum coti-
die proficiunt incessanter pensant.
recte de eis dicitur. Non reuesteban-
tur cum uicerent. sed unum quod
ante faciem suam gradiebantur.

22
Inter haec igitur considerare libet
nos ad ista tractanda qui sumus.
unde uenimus et unde ad faciem eius
qui mysteria perscrutanda suble-
uamus. Certe in antiquis parentibus
nris cultores idolorum fuimus. Sed
ecce per spiritum gratiae uerba iam cae-
lestia sumamus. Unde hoc in nobis
adimpleuit redemptor humani
generis quod per prophetam dixit.
Et in deserto in ubertatem uersa. ad ue-
nae comedent. haec quippe pro-
phetarum dicta in deserto apud iudeos fue-
runt. quia per intellectum mysti-
cum ea excolere inquirendo nolue-
runt. Nobis autem in ubertatem
uersa sunt. quia iuxta hystoriam
uisionis dictae largiente domines
nae spiritaliter sapiunt. Etiam
nunc ad uenae comedimus. quia
ciues legis manducare noluerunt.
Sit gratia unigenito. sit laus aeter-
ne sapientiae qui uiuit et regnat
cum patre in unitate spiritus sancti
per omnia secula saeculorum amen.

INCIPIT OMELIA
QUARTA

PER SCM PROPHE
TIAE SPM PENNATA ANI
MALIA SUBTILITER DESCRIBUNTUR. UT HAEC EUANGELISTARUM SIGNIFICARE PERSONAS IPSAS NOBIS SUBTILITAS DESCRIPTIONIS APERTAT. NIHILQUE SERMO DNI INTELLECTUI D. BICITATIS RELINQUAT. ECCE NUNC DICITUR. SIMILITUDO AUTEM VULTUS EORUM FACIES HOMINIS ET FACIES LEONIS. AD DEXTERIS IPSORUM QUATUOR. FACIES AUTEM BOVIS A SINISTRIS IPSORUM QUATUOR. ET FACIES AQUILAE DE SUPER IPSORUM QUATUOR. QUOD ENIM QUATUOR HAEC PENNATA ANIMALIA. SCOS QUATUOR EUANGELISTAS DESIGNENT. IPSA UMUS CUIUSQUE LIBRI EUANGELICI EXORDIA TESTANTUR. NAM QUIA AB HUMANA GENERATIONE COEPIIT. IURE PER HOMINEM MATHEUS. QUIA CLAMARE IN DESERTO. RECTE PLEONEM MARCUS. QUIA SACRIFICIUS EXORSUS. BENE PER UTULUM LUCAS. QUOD AD DIUNITATE VERBI COEPIIT. DIGNE PER AQUILAM SIGNIFICATUR IOHANNES. QUI DICIT. IN PRINCIPIO ERAT VERBUM. ET VERBUM ERAT APUD DM ET D. ERAT VERBUM. Q. UM IN IPSAM DIUNITATIS SUBSTAN-

tiam intendit. quasi more aquile. oculos in sole fixit. Sed quia electi omnes membra sunt redemptoris nri. ipse autem redemptor nri. e caput omnium electorum. per hoc quod membra eius figurata sunt. nihil obstat. si etiam in his omnibus et ipse signetur. Ipse enim unigenitus di filius. ueraciter factus est homo. Ipse in sacrificio nrae redemptionis dignatus e mori ut uirtulus. Ipse per uirtutem suae fortitudinis surrexit ut leo. Leo etiam a postis oculis dormire phibetur. Quia in ipsa morte. in qua ex humanitate redemptor nri dormire potuit. in diuinitate sua immortalis permanendo uigilauit. Ipse etiam post resurrectionem suam ascendens in caelos. in superioribus e eleuatus. ut aquila. Totum ergo simul nobis e. quia etna secundo homo et moriendo uirtulus. et resurgendo leo. et ad caelos ascendendo aquila factus est. Sed quia per haec animalia euangelistas quatuor. et per eos speciem simul perfectos omnes iam superius diximus. restat. ut quomodo unusquisque electorum.

istis animalium uisionibus exprimi
 tur ostendamus. Omnes etenim elec
 tus atque in uia domini perfectus et homo
 et uirtulus et leo simul et aquila est.
 homo enim rationale est animal.
 Uirtulus autem in sacrificio macta
 ri solet. Leo uero fortissimus est bestiarum
 sicut scriptum est. Leo fortissimi
 bestiarum ad nullius pauebit occur
 sum. Aquila ad sublime uolat.
 et in uerberatis oculis solis radis
 intendit. Omnis itaque quia in ra
 tione perfectus est. homo est.
 Et quoniam semetipsum ab hui
 mundi uoluptate mortificat
 uirtulus est; quia uero ipsa sua
 spontanea mortificatione con
 tra aduersa omnia fortitudine
 securitatis habet. Unde scriptum
 est. Iustus autem quasi leo con
 fidens absque terrore erit.
 Quia uero sublimiter contemplet
 ea quae caelestia atque aeterna sunt.
 aquila est. Igitur quoniam iustus
 quisque per rationem homo per sacri
 ficium mortificationis suae uirtu
 lus. per fortitudinem securitatis
 leo. per contemplationem uero

efficitur aquila. recte per haec
 sancta animalia signari unusquisque
 perfectus potest. Quod ideo
 dicimus. ut ea quae de quatuor
 animalibus dicta sunt. per ^{persona} tinerentur
 quoque etiam ad perfectorum sin
 gulorum demonstremus. Sed ma
 gna nobis de eisdem euangelistis
 et sanctis praedicatoribus questio ori
 tur. cur homo et leo ad dextris
 ipsorum quatuor. uirtulus uero
 a sinistris ipsorum quatuor esse
 prohibetur. Neque enim sine admi
 ratione est. Cur duo illa ad dex
 tris et unum hoc esse a sinistris dici
 tur. Et rursum querendum. cur
 aquila non ad dextris uel a sinistris.
 sed de super quatuor ipsorum esse
 memoratur. Quas itaque nobis que
 stiones obiecit. quas oportet
 ut largiente domino dissoluamus.
 homo igitur et leo ad dextris. uirtu
 lus uero a sinistris esse prohibetur.
 Ad dextris enim laetitiam a sinistris uero
 tristitiam habemus. Unde et si
 nistram nobis esse dicimus hoc.
 quod aduersum esse deputamus.
 Sicut et praefati sumus per hominem

incarnatio. per uultum passio.
per leonem uero redemptori nri resur-
rectio designatur. Quae in carnatio-
ne autem unigeniti filii quia
redempti sumus omnes electi
laetati sumus. Demostre uero il-
lius ipsi electorum primi sci apli
contristati. Qui uerum de eius
resurrectione gauisi sunt. Quia
ergo eius natiuitas et resurrectio.
laetitiam discipulis prebuit.
quos eius passio contristauit. ho-
mo et leo adextris. uultus uero
a sinistris eius fuisse describitur.
Ipsi namq. euangelistae sci. de ei
humanitate gauisi sunt. de eius
resurrectione confirmati. qui
de eius passione fuerant contrista-
ti. homo ergo et leo eis adextris
est. quia redemptoris nri eos in-
carnatio uiuificauit. resurrectio
confirmauit. Sed uultus a sin-
istris est. quia mors illius eos ad
momentum temporis in infide-
litate prostrauit. Iure autem locus
aquile non iuxta sed desuper ee
constituit. quia siue per hoc quod
eius ascensionem signat. seu quia

uerbum patris dmi apud patrem
ee denuntiat. Super euangelistas
ceteros uisitate contemplationis
excreuit. Cum quibus et si simul
de eius deitate loquitur. hanc ta-
men omnibus subtilius contem-
platur. Sed si aquila cum tribus
aliis adiungitur. quatuor anima-
lia ee memorantur. mirum quo-
modo desuper ipsorum quatuor
ee describitur. nisi quia iohannes
eo quod in principio uerbum uidit.
etiam super semetipsum transit.
Nam si et se transisset. uerbum in
in principio non uidisset. Qui ergo
et semetipsum transgressus e. non
iam solummodo super tria adiunc-^{sed}
to et se super quatuor fuit. SEQUIT. 2.
Et facies eorum. et penne eorum exten-
te desuper. Facies et penne desuper
extente describuntur. quia omnis
intentio omnisq. contemplatio
eorum super se tendit. ut illud pos-
sit adipisci. quod in caelestibus ap-
petit. Siue enim bono operi. siue
in uigilet contemplationi. tunc
ueratiter hoc agit. quod bonum
e. quando ei placere concupiscit.

aquo est. Nam qui bona agere ui-
 detur. et per haec non deo sed homini-
 bus placere desiderat intentionis
 suae faciem deorsum praeiungit. Et qui
 idcirco in sacro eloquio ea quae diu-
 nitatis sunt contemplantur. ut
 per hoc quod intellegit occupare
 alios ad questiones possit. quia non
 dulcedine beatitudinis satiari
 appetit sed doctus uideri. iste ni-
 mirum intellectus sui pennas
 de super non extendit. Sed quo-
 niam sensus sui uigilantiam in
 terreno appetitu occupat. pen-
 nas quas subleuare nactum est
 et quibus subleuari ipse potuit
 uinis deponit. quia in re pensa-
 dum est. ut omne bonum quod
 agitur. per intentionem semper
 ad caelestia leuetur. qui enim
 per bona quae facit terrenam
 gloriam concupiscit. pennas
 suas et faciem deorsum depre-
 mit. hunc enim de quibus da-
 uid per prophetam dicitur. Ut
 uinas in profundum defererent.
 Quia uidentur aliquid sunt lacrimae
 orationis. nisi uictime oblatio

nis nostrae. Sicut scriptum est. Sacrifi-
 cium deo spiritus contribulatus. Et sunt
 nonnulli qui idcirco se in prece
 lamentis afficiunt. ut aut terre-
 na commoda adquirant. aut ho-
 minibus se esse uideantur. quid
 isti nisi uictimas in profundum
 deferunt. quia per hoc quod in-
 imo sunt quae requirunt. oratio-
 nis suae sacrificium deorsum de-
 ponunt. Electi autem quia in
 bono opere omnipotenti deo pla-
 cere appetunt. et per contempla-
 tionis gratiam aeternam iambica-
 ritudinem degustare concupis-
 ciunt. facies et pennas de super ex-
 tendunt. SEQUITUR. Duae
 pennae singulorum iungebantur
 et duo tegebant corpora eorum.
 Dicitur fuerat. facies et pennae coram
 extente de super. At mox sub-
 iunctum est. hoc quod praeiungitur.
 Quia duae pennae singulorum
 iungebantur. Ubi aperte intel-
 legitur. quia et extendebantur
 de super et iungebantur. duae
 uero tegebant corpora eorum.
 Quia uidentur pennae animalium

nifiale nominantur. Quae in te nobis
diligenti perferuatione querendi
dum quae sint quatuor penne
scorum ex quibus desuper exten-
se uinguntur. duae uero corpora
contegunt. Si enim uigilanter
aspicimus. quatuor esse uisitas
inuenimus. quae in terrenis actibus
omne animal leuant. in futuris
uidelicet amor et spes. de preteritis
autem. timor et poenitentia. Pen-
nae ergo animalium sibi in unum
ta superius extendunt. quia
scorum mentes amor et spes ad super-
na eleuant. Quae apte iunctae no-
minantur. quia electi proculdubio.
& amant caelestia. quae sperant.
& sperant quae amant. Duae
uero corpora contegunt. quia
timor et poenitentia ab omni
potentis dei oculis. eorum mala
preterita abscondunt. Duae
itaque ut dictum est pennae uin-
guntur sursum. quando amor
et spes. electorum corda ad supe-
riora eleuant. ad caelestia sus-
pendunt. Duae autem penne
tegunt corpora. quando eorum.

mala preterita a conspectu aeter-
ni iudicis timor et poenitentia
abscondunt. In eo enim quod se-
peccasse meminerunt. quia per-
tionescunt et deflent. quid aliud
quam corpus operiunt. qui facta
carnalia pro superducta bona opera
districto examine abscondunt.
Sicut scriptum est. Beati quorum
remisse sunt iniquitates. et quorum
tecta sunt peccata. Peccata enim
tegemus. cum bona facta malis
actibus super ponimus. Omne enim
quod operiunt. inferius ponitur.
Et hoc unde operiunt de super dicitur.
Quando ergo abdicamus mala quae
fecimus. et eligimus bona quae facia-
mus. quasi tegmen ei rei super-
ducimus. quam erubescimus uideri.
Quamlibet etenim se in uita hac ad-
huc uita sint. habent tamen quod
ante dei oculos operire debeant.
quia omnino est impossibile ut aut
in opere. aut in locutione. aut in
cogitatione. numquam delinquant.
Unde et beatus iob qui perfecta qui-
dem hominibus dixerat. di tamen
uocem audiens seque ipsum de ipsa

sua perfecta locutione reprehendens
dicebat. Manum meam ponam super
os meum. In manu quippe opera-
tio. in ore locutio est. Manum ergo
super os ponere est. peccata locutio-
nis. per uirtutem boni operis tege-
re. Libet fratres karissimi ad huius
rei testimonium magistrum genti-
um uocare. et qualiter semillud
animal. alis quatuor imitatur aspi-
cere. ex quibus duabus ad superio-
ra euolat. Quibus uero pernis cor-
pus contegit. quia pernitia quae
egerit abscondit. Uideamus itaque
quantum hunc amor ad caelestia ele-
uat. Mibi uiuere xpe est et mori
lucrum. Cognoscamus quanta spe
ad superiora tollatur. Nra conuer-
satio in caelis est. Unde etiam sal-
uatorem expectamus dominum in
ihm xpm. Uideamus sicut in
uis uirtutibus positus adhuc timet.
Castigo corpus meum et seruituti
subitio. ne forte cum alius predicauero.
ipse reprobus efficiat. Cognoscami
si hunc mala fecisse poenitet.
Ego sum minimus apostolorum qui
non sum dignus uocari apostolus

quoniam persecutus sum eccle-
siam dei. In cuius uerbis quid ali-
ud quam duritia nix memas
accusabit. Quia ipse plangit quod
ante baptismum commiserat. nos
uero et post baptismum multa com-
misimus et tamen flere recusamus.
Quatuor itaque pernis scilicet animalia
utuntur. Quia et per amorem.
et sperem. et per timorem et poeniten-
tiam. facta in se illicita deplorant.
Sed quia dictum est. Duae pennae
singulorum iungebantur. hoc
fuisse intellegitur. quod non
pennas proprias eleuant et iungant.
sed unus ad alterum pennae con-
iunctae sunt. ut pennae uideli-
cet eleuatae. uicis sibi coniu-
ctione concordent. Quam re que-
stio oritur. quia si duae pennae
quae eleuantur amorem et sperem.
duae uero quae corpus contegunt.
timorem et poenitentiam desi-
gnant. cur duae quae extense
sunt. dicuntur esse coniunctae.
et duae quae corpus contegunt.
Sed haec in re facili largiente do-
natio occurrunt. quod scorum

penitiae coniunctae sunt. amor
et spes. duae uero penitiae quae cor
pora contineunt. sibi metipsis
ad alterutrum coniunctae non
sunt. timor et poenitentia. Da
uid autem pro lapsu carnis timendo
et poenitendo affligitur. Petrus
casum perfidiae fleuit amare.
Paulus in se crudelitatem praete
ritae persecutionis plangit.
Omnes tamen unam patriam ap
petunt. ad unum auctorem om
nium peruenire festinant. Duae
ergo singulorum penitiae coniunc
tae sunt. et duae non sunt. quia
per amorem et spem unum e
quod desiderant. Sed per timorem
et poenitentiam aduersum est.
quod deplorant. SEQUITUR
Et unum quodque eorum coram facie
sua ambulabat. Dicitur supe
rius fuerat. unum quodque ante
faciem suam gradiebatur.
nunc autem dicitur. Coram facie
sua ambulabat. Ipsa quoque re
petita uidetur esse sententia.
Sed quia coram impresenti dici
mus. possumus subtilius requi

rendo discernere. quod aliud sit
ante faciem suam ambulare. atque
aliud impresenti ante faciem
quippe ambulare est. antero
ra appetere. In presenti uero
ambulare est. sibi metipsi absen
tem non esse. Omnis etenim
iustus. qui uitam suam sollicitus
aspicit. et diligenter considerat.
quantum cotidie in bonis cres
cat. aut fastidisse quantum abo
nis discescat. Iste quia se ante
ponit coram se ambulat. quip
pe qui uigilanter uidet. utrum
surgat an defluat. Quis quis
uero uitae suae custodia negle
git. discutere quae agit. quae
loquitur. quae cogitat. aut despi
cit. aut nescit. coram se non
ambulat. quia qualis sit in suis
moribus uel actibus ignorat.
nec sibi metipsi praesens est. qui
semetipsum cotidie exquire
re. aut cognoscere sollicitus non
est. Ille autem se ueraciter ante
ponit sibi qui impresenti est.
qui se in suis actibus tanquam
alium attendit. Nam sunt

peccata multa quae committi
 mus. sed dicitur nobis graua non
 uidentur. quia priuato nos amo
 re diligentes. clausis nobis occu
 lis. in nra dispectione blandimur.
 Unde fit pletumque. ut et nra
 graua leuiter. et pximo re ma
 la leuia grauiter iudicemus.
 Scriptum quippe est. Et sunt ho
 mines se ipsos amantes. Et scimus
 quia uehementer claudit oculu
 cordis amor priuatus. Ex quo
 fit ut hoc quod agimus nos et gra
 ue esse non estimamus. pletumq;
 agatur a pximo. et nimis nobis de
 testabile et uideatur. Sed quare
 hoc quod nobis uile uidebatur
 in nobis graue uideatur in pximo.
 Nisi quia nec nos sicut pximum.
 nec pximum conspiciamus sicut
 nos. Si enim nos sicut proximu
 aspiceremus. nra reprehensibilia
 districte uideremus. Et rursum
 si pximum aspiceremus ut nos.
 numquam nobis eius actio appare
 ret intollerabilis. Qui sepe fosta se
 et alia egimus. et nihil nobis pro
 ximo intollerabile fecisse putaba

mus. hoc male diuisum. nrae
 mentis iudicium corrigere per
 legis preceptum moyses studu
 it. cum dixit. Utiustus debe
 ret et modius. equusque sexta
 rius. hunc salomon ait. Pondus
 et pondus. mensura et mensura.
 utrumq; abhominabile e apud
 dm. Scimus quia in negotiatio
 rem duplici pondere. aliud mai
 us aliud minus est. Nam aliud
 pondus habet. ad quod pensant
 sibi. et aliud pondus ad quod pen
 sant pximo. Ad dandum pon
 dera leuora. Ad accipiendum
 uero graua preparant. Omnis
 itaq; homo. qui aliter pensat ea
 quae pximi et aliter ea quae sua
 sunt. pondus et pondus habet.
 Utrumq; abhominabile est apud
 dm. quia si sic proximum ut se
 diligeret. hunc in bonis sicut se
 amaret. Et si sic se ut pximu
 aspiceret. se in malis sicut pro
 ximum iudicaret. Debemus ergo
 nos metipsos sicut alios uidere.
 nosq; ipsos ut dictum est ante
 nos ponere. ut pennata anima

lia incessant et imitantes. sciamus quid agimus coram facie nra semper ambulemus. Peruersi autem sicut paulo antea iam diximus coram facie sua non ambulant quia ea quae agunt numquam considerant. Ad interitum tendunt. prauis actibus exultant. De quibus scriptum est. Qui letantur cum male fecerint et exultant in rebus pessimis. Sepe uero iustus qui eos conspiciunt deflet. sed ipsi freneticorum more planguntur et ridet. Alii indigentibus de rebus propriis multa largiuntur. sed cum occasionis tempus inuenerint. indigentes obprimunt. eos quibus ualuerint rapinis deuastant. Ponunt ante cogitationis oculos bona quae faciunt. et non ponunt pessima quae committunt. **H** uidelicet coram facie sua non ambulant. quia si sibi presentes essent. cuncta subtiliter quae agunt prouiderent. qualiter bona opera. malis actibus perdat.

agnoscerent. Sicut scriptum est. Et qui mercedem congregauit misit eam in sacculum pertuisum. De pertuiso quidem sacculo aliquid exit. quod aliuicula mittitur. quia indiscretis mentes mercedem quae ex bono adquiritur non aspiciunt. quomodo ex malo opere perdat. Alius castitatem corporis seruat. seque uigilanter circumspicit. nequid foris reprehensibiliter amittat. Suis contentus est aliena non diripit. sed tamen odium fortasse contra proximum seruat. Cum scriptum sit. Qui odit fratrem suum homicida est. Considerat quam sit mundus foris in opere. et non perpendit. quam sit crudelissimamente. Quid istis nisi sibi metipsi absens est. qui in cordis sui tenebris ambulat et ignorat. Alius iam aliena non diripit. iam corpus suum ab immundicia custodit. iam mente pura proximum diligit. et malorum preteritorum conscius. lamentis se in precibus afficit. sed finta lamenta de quibus in hoc mundo gaudet

requirit et temporalibus gaudis
 negligentia animum dimittit
 nec curat nec in lacrimarum men-
 suram immoderata gaudia transe-
 at. Fitque ut bonum nimie ri-
 dendo perdat. quod plangendo
 lucratus est. Hic itaq. coram facie
 sua non ambulabit. quia damna
 quae patitur conspiciere recusat.
 Scriptum quippe est. Cor sapien-
 tium ^{ubi} tristitia est. et cor stultorum
 ubi laetitia. Incunctis ergo quae
 agimus. diligenter nosmetipsos.
 circumspiciere interius et exterius
 debemus. ut pennata animalia
 sequentes nobismetipsis praesentes
 simus. et coram facie nra semper
 ambulemus. habentes adiutorem
 unicum patris ihu xpm dnm
 nrm. qui cum eo uiuit et regnat
 in unitate sps sci per omnia secula
 saeculorum amen

INCIPIT OMELIA

QUINTA

QUAM MIRAE EST
 PROFUNDITAS ILLO
 QUIORUM ^{Libe} DEFINICIN

tendere. libet eius intima gra-
 tia duce penetrare. Hanc quo-
 tians intellegendo discutimus.
 quid aliud quam siluarum
 opacitatem ingredimur. ut ei
 refrigerio. ab huius seculi aesti-
 bus abscondamur. Ibi que un-
 dissimas sententiarum herbas
 legendo carpinus. tactando
 ruminaamus. In ea ^dluminatio
 ne. quae ad uos fratres karissimi
 nudius tertius facta est. qualiter
 ostensa animalia. uel redemptio-
 nem nrm. uel quatuor animalia
 eius euangelistas. atq. perfectos
 omnes significant. dicuntur.
 Quorum uidelicet animalium
 adhuc subtilius uisus exprimi-
 tur. ut ad eorum imitationem.
 nos quoq. infirmi et despiciabi-
 les. in quantum deo largiente
 possumus extendamur. Ecce
 enim dicitur. Ubi erat impetus
 sps illuc gradiebantur. In electis
 et reprobis diuersi sunt impetus.
 In electis uidelicet impetus sps.
 In reprobis impetus carnis.
 Impetus quippe carnis ad odium.